





1723, 28<sup>b</sup>  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
**DE CONVENTIONIS  
REVOCATIONE;**  
Von Außkündigung der Coppel-Jagd;

QVAM,  
IN PERANTIQUA ERFFURTensi ACADEMIA,  
ECTORE UNIVERSITATIS, AC PRO-CANCELLARIO,  
MAGNIFICO, SUMME-REVERENDO, PRÆNOBILISSIMO  
ATQUE CONSULTISSIMO DOMINO,

DOMINO:

**CHRISTOPHORO IGNAT.  
DE GUDENUS, J.U.D.**

Signis Ecclef. Colleg. S. Sev. Can. Cap. & Scholaſt. Eminent. ac Celsiss. Princ. Electoris Mo-

gunt. Confil. Ecclesiast. Ejusdemque per Thuring. in Spirit. Sigillifero;

**EX DECRETO ET AUTORITATE ILLUSTRIS  
FACULTATIS JURIDICÆ,**

PRÆSIDE:

**JOANNE PHILIPPO Dreiber/**  
Philos. & J. U. D.

Saci Palatii Casarei Comite, Institutionum Imperialium Professore Publico Ordinario,  
Civitatisque Consule;

**PRO LICENTIA:**

SUMMOS, IN UTROQUE JURE, HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA, LEGITIME CAPESSENDI,

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, H. C.


DIE IX. JULII, M DCC XXIII.

PUBLICÆ DISCUSSIONI SUBJICET:

**JOANNES CHRISTOPHOR. OTTO,**  
Nordhausen,

N. P. C. & Advoc. Saxon. Eleitoralis immatriculatus, nec non Pra& Altenburg,

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



PER-ILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO AT<sup>QVE</sup>  
GENEROSISSIMO DOMINO,

DOMINO:

JOANNIFRIDERICO,

LIBERO BARONI

BACHOVIO DE ECHT,

DYNASTÆ IN DOBITSCHEN, ROMBSCHÜTZ,  
HOECKENDORFF ET SCHOEPRITZ,

SACRÆ CÆSAREÆ AT<sup>QVE</sup> REGIÆ CATHO-  
LICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO IMPERIALI AULI-  
CO, ET SERENISSIMI DUCIS SAXO-GOTHANI, COL-  
LEGII A CONSILIIS INTIMI, DIRECTORI GRA-  
VISSIMO, MERITISSIMOQVE,

*DOMINO MEO PER-QVAM GRATIOSO.*

PER-ILLUSTRIS, EXCELLENTISSIME ATQVE GENE-  
ROSISSIME DOMINE LIBER BARO,

DOMINE PER-QVAM-GRATIOSE!



Vnde pluralitas votorum alium inter universos, seu: in Collegiis, iisque tam civilibus, quam militaribus; alium, extra ejusmodi Collegia, inter singulos, & hos iterum: negotium aliquod commune aut constituturos, aut dissoluturos, effectum, producat atque sortiatur; sequentia manifestum dant Axiomata: quorum pri-  
mum

*mum concernit plures, ut universos, seu Collegas; se-  
cundum: plures ut singulos, negotium aliquod com-  
mune constituturos, tertium denique: plures, ut singu-  
los, negotium aliquod commune dissoluturos; nimi-  
rum:*

- 1) *Quotiescumque negotium commune est pluribus, ut uni-  
versis, seu Collegis, toties plurima vota concludunt;*  
*L. Quod Major, 19. ff. ad Municipal.*
- 2) *Quoties negotium commune est pluribus, ut singulis,  
tanquam CONSTITUENDUM, toties plurima vota non  
non concludunt, sed omnia ac singula requiruntur;*  
*l. II. ff. de S. R. P.*
- 3) *Quotiescumque negotium commune est pluribus, ut fin-  
gulis, tanquam DISSOLVENDUM, toties plurima vota  
iterum concludunt, nec omnia ac singula requirun-  
tur; eò: quòd, ad communionem dissolvendam,  
vel unicum, ergò multò magis plurima vota, suffi-  
cient;*

*§. 4. Inst. de societate, §. I. 65. §. 3. ff. eod. l. fin.  
Cod. commun. divid.*

Cum itaque de *Convenationis*, tanquam alicujus com-  
munionis, revocatione, ad quam tertium Axioma spe-  
ctat, *inauguralem Dissertationem conscribere*, tamque  
*Tutamini alicujus MECOENATIS provolvere*, me-  
cum

cum revolvissēm; Tibi, PER - QVAM - GRATIOSE  
DOMINE, tanquam allegatorum Axiomatum non  
solum gnaro, sed & in Collegio quodam Illustrissi-  
mo, eorundem *experto*, hanc ipsam substernendam  
judicavi. Quam proinde per-quam-gratioso nutu at-  
que vultu prensare, votoqué Tuo, instar plurium,  
imò plurimorum, patrocinante, illum prosequi ne  
dederis, qui collegali Tuo voto, uti ponderatissi-  
mo, ita ponderosissimo, perpetuam vim, aliorum,  
eorumque plurimorum votorum, attractivam, even-  
tumqué ac effectum perpetuò-exoptatissimum, appre-  
catur, atque permanebit:

**PER-ILLUSTRIS TUÆ EXCELLENTIA,**

Dabam Erfurti, d. 9. Julii,

1723.

*humiliter - obsequiosissimus :*

**JOANNES CHRISTOPHORUS OTTO.**


*Præsens Dissertatio inauguralis constat:*

- 1. Prolusione, quæ indicat
  - 1. Occasionem: eligendi hanc materiam;
  - 2. Difficultatem: aliquid certi, circa eam, statuendi; ob erroneous Auctorum, inter se dissentientium, confusionem; ex *absolutis* & *imitatis* eorum sententiis, apparentem,
- 2. Tractatione ipsâ, quæ considerat
  - 1. Convenationem; & hanc tunc
    - 1. In se, quoad
      - 1. Nomen, hujusque cum
        - 1. Derivationem, seu: *Etymologiam*;
        - 2. Significationem,
      - 1. Diversam, seu: *Homonymiam*,
      - 2. Bandem, cum aliis nominibus, seu: *Synonymiam*.
    - 2. Rem; in ejusdem
      - 1. Definitione,
      - 2. Divisione; quæ sit: ratione
        - 1. Causæ efficientis, in eam convenationem, quæ originatur ex conventione vel
          - 1. Civilis, seu: *allodialis*; & ita vel ex *reciproco*
            - 1. Precarij, jure nimirum familiaritatis & vicinitatis;
            - 2. Servitutis Juri constituto.
          - 2. Feudalis, seu super jure per feudum concessio.
        - 2. Materiæ
          - 1. Subiectiva; in eam quam plures, conveniendi jure gaudentes, exercent vel
            - 1. Inter se; & sic vel
              - 1. Duo tantum;
              - 2. Plures, quam duo.
            - 2. Adversus tertium, qui neque venandi, neque convenandi, jure gaudet, sed illud saltim aliis, ut servitutem, debet.
          - 2. Objectiva; scilicet *prädiorum*, quatenus haec vel *inseparabilia*, seu *commixta*, vel *separabilia*, sunt, in eam, quæ à conveniuntibus separatim exerceri aut
            - 1. Potest;
            - 2. Non potest.
  - 2. In affini; scilicet: *Jure Compascuit*.
  - 2. Revocationem ejusdem; quatenus haec, ut valida & concessiva

1. Affirmatur, de *Convenione*, considerata ratione
- 1. Causa efficientia, dum ea dependet vel à conventione
  - 1. Civilis, & sic vel reciproco
    - 1. Precario,
    - 2. Servitus jure constituto.
  - 2. Feudali,
  - 2. Materiarum
1. Subjectivæ, quatenus scilicet convenatio exercetur à pluribus inter se, & sic vel à
- 1. Duobus tantum,
  - 2. Pluribus quam duobus.
2. Objectivæ; quatenus nimisimum convenatio in prædiis separabilibus, ut commixtis, separatim exerceri potest.
2. Negatur, de *Convenione* spectarà ratione materiarum
- 1. Subjectivæ, quatenus vimirum ea exercetur à duobus, pluribusve adverbio tertium, qui neque venandi neque convenandi jure poller, sed illud saltem aliis convenientibus, ut servitutem, debet, & tamen, his invitis, conventionem revocare vult.
  - 2. Objectivæ; quatenus scilicet ea in prædis commixtis ac simul inseparabilibus, separatim exerceri nequit.



PRO-



## PROLUSIO.



Uandoquidem hactenus, in foro,  
& quidem in altiori quodam Di-  
casterio, specialem hanc, de Conve-  
nationis Revocatione, quæstionem:  
*An Conventionem per posterum, seu ma-  
jora, utentium vota, revocari posse?*  
inter Pares quosdam Curiæ, &  
Status Provinciales, acriter agitatam cognovi; hinc  
generatim, Revocationem Conventionis, pro Themate  
Inaugurali, eligere, in animum recepi. Postquam au-  
tem elaborationi manum applicui, Autorum inter  
se dissidentium sententias haud parum confusas de-  
prehendi, ut ideo difficultas: certi quid, circa hanc  
materiam, statuendi, mihi statim occurreret; cum  
alii Doctorum simpliciter: omnem Conventionem  
ideo revocari posse, judicent: quod omnis Conve-  
natio, indistinctè, nihil aliud, quam reciprocum preca-  
rium

rium sit; alii, ex diverso, iterumque absolutè, & sine discriminē, arbitrentur: *nullam Convenationem, quæ, instar servitutis, acquisita est, unius tantum partis voluntate tolli posse;* posteriori autem harum sententiarum notissimus ille Canon *naturalis*, pariter ac *civilis*, obstat: *Quod nemo in communione aliquâ, tanquam discordiarum matre (& sic nec in Servitutis communione) invitius permanere teneatur;* & porro prior opinio, uti *Juri*, sive *Naturali*, sive *Civili*, sive *Feudali*, ita *experientie*, ex his causis, repugnet: Quòd, secundūm principia *Juris Naturalis*, *Civilis* & *Feudalis*, jus convenandi utique, etiam tanquam aliqua servitus, obtineri atque acquireti possit; secundūm *experientiam* verò, plurimi casus dentur, convenandi jus, velut *servitutem*, *civilem feudalemque*, repræsentantes. Quapropter hujusmodi inconvenientes assertiones absoltas, per convenientes distinctiones, ita temperare annis sum: ut *distinctæ sententiæ certæ* inde profiliere potuerint; vigore quarum illa *Convenatio*, quæ aut *precario*, aut ex *Juris naturalis*, *civilis* *feudalisque necessitate*, &, singulis his modis, vel à *duobus* tantum, vel *pluribus inter se*, in *prædiis separabilibus*, ut ut *commixtis*, *separatim exerceri* potest, revocationi obnoxia censetur; Illa verò *Convenatio*, quæ, tanquam *servitus*, in fundo *tertii*, jure venandi æque minus atque convenandi gaudentis, aut in *prædiis commixtis*, insimulque *inseparabilibus*, à *duobus pluribusve exercetur*, unilaterali dissensu atque renunciatione, tolli non posse, censetur; Decisionem tamen satius limitatam atque sanius limitatam, cuivis relinquendo.

Theſis

## THESIS I.

**C**onventionis Revocationem commodiūs non lustramus, quām: si prius de Conventione, & deinde, de ejusdem revocatione, agamus. Conventionem autem considerabimus tūm *in se*, tūm *in affni*: videlicet *Jure Compascui*. In se spectabimus eandem, tūm quoad *Nomen*, tūm quoad *Rem*. Circa nomen trutinanda venit hujus tūm Derivatio, seu *Etymologia*, tūm Significatio; & hāc iterum tām ut *diversa*, seu *Homonymia*, i. e. *æquivocatio*, quām, ut *eadem* cum aliis nominibus, seu *Honymnia*.

§. I. *Etymologiam* vocabuli: *Convenatio*, quod concer-  
nit, *immediata* quidem ejus derivatio à particula: *Con*, cum  
denotante, & appellativo nomine: *Venatio*, cuivis statim in o-  
culos incurrit. *Mediata* autem, seu ea, quæ tradit: unde  
*Venatio* descendat, non perinde evidens est. Non enim suf-  
ficit dicere: *Venatio* à suo Verbo: *Venari*, tanquam vox lon-  
gior à breviori, denominatur; quia ulterius quāri potest:  
unde verbum: *Venari*, deducendum sit?

§. II. Nos modò expressum verbum: *venari*, &c, per  
hoc, venationem, à *vena* pronisimè derivari posse, putamus;  
non quidem ex illa *metaphorice* & *impropria* denominationis  
ratione: quōd *venari* idem sit, ac *venas* (*metallicas*, seu du-  
*ctus* & *tractus*, *metalla continentes*,) *scrutari*, &, qui ani-  
malia venatur, is quasi *venas* indagare *scrutarique* videatur;  
vid. Pontan. 3. *Prognost. part. 2. Colloq. 77.* Beckmann. *de Orig. ling. lat. lit. f.* Harprecht. ad §. 12. I. de R. D. n. 9. sed  
ex *propria* hāc appellationis causā: quōd *venatio* sit ejusmo-  
di motio, quā non solum *sangvis*, *in venis* *venantium*, *celerius*  
*promoveatur*, *sed quā etiam apertura venarum* *in animalibus*  
feris

Feris (dass sie schweissen) intenditur. Vena autem dicitur quasi vobena, à vehendo: Sunt enim venæ sanguinis vehicula, vid. Dentzler, *Clav. lingv. lat. voce: vena.*

§. III. Non itaque placet illa vocabuli venationis derivatio, quâ nonnulli eandem à *vento*, aut ab *evenu*, denominari statuunt, eò: quod 1) Venator feram persequatur in *vento*, & ad *venum*; Varro: *Lib. 4.* Harprecht, *ad d. §. 12. Inf. de R. D. n. 9.* &: 2) quôd ferarum captura ab *evenu* dependeat; cum non, omnes prædam consequi, eveniat. Paul. Franc. Romanus, *Disp. de Venat.* ib. i. Si enim venatio diceretur à *vento*, aut ab *eventu*, sanè cadem non venatio, sed *venatio* appellata fuisset; cum litera: t, in vocabulis derivativis, non statim elidi soleat.

§. IV. Vox vero Germanica: Jagd, quam venatio denotat, à clamore illo, quô, in ferarum persecutione, utimur: Gehay! gehay! descendere videtur. Nam: Convenatio aliqui etiam dicitur: Die Mit-Gesaid, Coppeljaid. vid. Speidelii *Spec. Juridic.* voce: Jagen/ p. 623. b. med. vel à vocabulis: Gehäge, gehägt; quia feræ bestia non solum ante venationem foventur, (dos Wild wird gehägt,) sed etiam per venationem propelluntur in districtum venatorium, & locum retibus circumdatum, sie werden ins Gehäge getrieben.

§. V. Homonymiam vocis: *Convenatio*, quod attinet, ea h. l, non accipitur (1) pro simulanea hominum oppressione, seu: pro oppressivâ & violenta conventione. Prout Nimrod robustus Venator coram Domino fuisse dicitur, *Gen. 10, 9.* i. e. hominum oppressor & extinxtor. c. non est, 3. §. bis itaque, *diff. 9.* Quò faciunt dicta *Jerem. 16, 16.* *Mich. 7, 12.* *Psalms. 91, 3.* nec (2) pro conventione adulatoria, seu adulatoriâ rei alicuius captatione, quâ alius, prætextu benevolentie, verbis blandis inescatus, circumvenitur, & quidem vel nimis extollendo bonum, quod habet, vel tribuendo ei bonum, quod non habet, vel laudando & approbando malum, seu vitium, quod habet; c. vñ, qui dicitis, 59. cauf. 11. quest. 3. Mor de Nigrom, *de jure ven. part. 1.* *Cap. 1. n. 7.* vid. 2. *Sam. 1, 15.* & 4, 12. *Eph. 7, 10.* Quialis exercetur ab histriónibus, pecuniam circumstantium ve- nantibus,

nantibus, & aliis, qui, placendi causâ, de aliquo bona dicunt, ipsum falso commendando; nec non à lenonibus, qui juvenculas venantur. vid. *Novell.* 14. c. un. (3) Nec pro convenatione arenatoria, seu mercenariâ decertatione cum bestiis, *L.* 1. §. 6. ff. de postulando, l. 2. in fin. & l. 4. ff. de his, qui nor. infam. vid. *Gail.* 2. *Obser.* 68. n. 9. c. infames 2. caus. 3. quast. 7. Sed (4) pro convenatione occupativâ, saltuosa, & clamorosâ, qua ferarum est, & fit in saltibus, seu nemoribus, cum canibus, ut loquuntur, & clamore. vid. *Ziegler de jure Maj.* lib. 2. cap. 14. n. 3. Adde *Corp. Jur. Forestal.* P. 1. Tract. 2. pag. 36. a. n. 4. usque 10. p. 224. b. *Tb.* II. & p. 405. b.

§. VI. *Synonyma Convenationis latina sunt: Jus convenandi, similitanea venatio; germanica vero: Die Ben-Jagd, Coppel-Jagd, Coppel-Jaid, gemeine Jagd, Koppel-Jagd, Kuppel-Jagd, Kuppel-Jaid, Mit-Jagd, Mitgejaid, Sammt-Jagt.* vid. *Corp. Jur. Forestal.* P. 1. Tr. 7. p. 214. b. §. 6. 8. 10. p. 218. a. §. 4. 6. & 7. Tr. 9. p. 257. a. circ. fin. Tr. 15. p. 697. § 10. P. II. *Confil.* 16. p. 863. b. n. 45. 46. 47. & 49. *Speidel. Specul. Jurid. voc. Jagen / p. 633. b. med.*

§. VII. Et quia vocabulum simplex: Coppel, in composito: Coppel-Jagd, origine non est germanicum, sed latum, à copulâ, descendens; siquidem convenandi jure gaudentes, quoad mutuum, reciprocum & simultaneum jus vendandi, quasi copulati sunt; prout etiam copula canum exponitur: *eine Koppel Hunde; Land-R. Lib.* 2. art. 61. *Jo. Gryphiander, econom. legal. Lib.* 1. cap. 18. n. 19. hinc in dissertacionis nostræ titulo maluimus scribere: Coppel-Jagd, quam: Koppel-Jagd, aut: Kuppel-Jagd.

### THEISIS II.

Missâ Consideratione nominis, sequitur tractatio rei. Quoad rem vero spectabimus Conventionem in ejus *Definitione ac Divisione.*

§. I. Definitio esto talis: *Convenatio est potestas, seu jus: quo, in aliquo fundo, cum alio, (videlicet vel ipso Domino, vel*

B

Con-

Con-Domino, vel tertio quodam) simul venari, i. e. feras sectari,  
hicer.

§. II. Diximus generaliter seu simpliciter: in aliquo fundo,  
& non specialiter, aut præcise: in alieno; ut indigitaremus:  
quod definire voluerimus conventionem in ea latitudine, quâ  
illa etiam complectitur venationem communem.

§. III. Quamvis enim alias, convenatio, seu simultanea ve-  
natio, quatenus scil. sibi accipitur, in eo differre dicatur à  
venatione communi, quod: Convenatio sit jus: cum alio, in alie-  
no fundo, simul venandi; communis autem venatio sit jus: in  
communi & nostro fundo, cum alio simul venandi; (qualis est  
venatio inter duos vel tres fratres, ejusdem fundi possessores,  
communis; it. Wenn ihrer viele eines Geschlechts ein Dorff  
haben, oder ihrer viele hâtten vermengte Gürther, und fast gleich  
viel und sämliche Gerichte;) atque tali modò inter se etiam  
differre dicantur: Coppel-Jagd & Gemein-Jagd; juxta ea,  
quaæ in Corpore Jur. Forestal. P. I. Tractat. XV. avanti plugen  
Beamten/vom Jagd- und Forst-Recht/ p. 697. a. & b. §. 10.  
traduntur: So ist doch gar gemein: daß zuweilen in einem  
Wald/ oder Wild-Bahn, zwene oder drene der Jagd-Gerech-  
tigkeit zugleich berechtigt seyn, welches die Kuppel- oder Cope-  
pel-Jagd, die Sammt-Jagd genannt wird, und ist nichts an-  
ders, als eine rechtliche Competenz und Gewalt: in eines an-  
dern Boden/ mit dessen Herrin, oder einem tertio, jagen zu dürfen  
sein. Und differret von einer Gemein-Jagd/ wann etwann  
unterschieden eines Geschlechts eine Wild-Bahn mit einander  
besäßen; und wird dahero die Gemein-Jagd auf dem Ge-  
meinschaftlichen/ und also, wegen des Condominii, auf eis  
genthümlichen Grund und Boden, Coppel- oder Mit-Jagd  
aber, eigentlich auf fremden/exerciret &c. Terminitamen hi:  
Convenatio, seu: Venatio simultanea, die Coppel-Jagd, &c: ve-  
natio communis, die Gemein-Jagd, etiam promiscue accipi solent.  
vid. Corp. Jur. Forestal. P. I. Tract. 7. §. 9. & 10. p. 214. b. & 215.  
a. init. & ideo supra, scil. §. 6. Preç. Tb I. vocem: gemeine  
Jagd/ inter Synonyma conventionis germanica, retuli-  
mus.

§. IV.

§. IV. Aliam Differentiam conventionis strictæ accèpte, à jure venandi, pluribus, in eadem sylvâ, ita competente, ut unus majores, alter minores feras, easque utrumque altero inscio & invito, capere possit; suggestit Speidelius, in *Specul. Jurid. de voce: Jagen* sc. in verbis: *Et ita hodie, in Germania, multis in locis, pluribus ius venandi, in eadem sylvâ, competit, ac uni majores, & alteri minores feras capiendi,* Meurer. Lib. 2. c. 3. Quæ ratio tamen differt à Conventione, der Rüppelz oder Mürges jaïd / que altero inscio & invito exerceri nequit: ne alter commodo & jure suo, facto alterius, privetur, quia facile fieri posset, ut unus alterum, venando & capiendo, preveniret, ita, ut Convenatori, vel ei, cui ius der Coppel Jaïd competit, nibil nisi manus labor, vel ein kostbares Fehlhagen remaneret. Cum quo consentiunt: Jo. Gryphiander, *Oecon. legal.* Lib. I. Cap. 18. n. 19. ubi ait: quod unus, absque alio, hoc ius, utpote individuum, exercere non possit, allegans, hanc in rem, argumentum l. itinere, 28. ff. de S. R. P. & Mohr. *Tract. de Venat.* Lib. 2. cap. 7. num. 17. Sed Fritschius, in *Tr. de Conventione, Membr. IV.* n. 6. hâc in parte ad contrariam in Saxonia, speciatim in Thuringia, provocat observantiam, dicens: *Novimus tamen in Thuringia aliter observari. Dein: wenn Bartholomei vorbey ist/ darff ich meis nen Nachbar/ oder den/ der mit mir zu jagen hat/ nicht fragen: ob er jagen will oder nicht/ sondern: wer eher kommt/ der hat das Vortheil zu jagen/ und wenn gleich sein Gränz-Nachbar kommt/ und er hat nur ein Garn angebunden/ so muß der letzte weichen.* Et hanc observantiam, testimoniis suis, *Venationum Præfelli* firmare non dubitant. Fatemur tamen: aquius esse, si venationes simul & conjunctim exercerentur; ita enim multa lies ac querelle, quas preoccupatio excitare solet, precaveri possent. Interim in materiis *Venationum* semper consuetudo & mos regionis attendendus est, qui id licitum facit, quod alias illicitum veriumque est. confer Leisser. in *Jure Georgico*, Lib. 3. Cap. 12. n. 67. p. 575. a. & b.

## THES. III.

Propositam & explicitam conventionis *Definitio-*  
B 2 *nem,*

*nem, excipit jam ejusdem Divisio.* Hæc autem, in præsentiarum, tantummodo in tot se dispergit membra, quot, ad quæstionem, de revocatione ipsiusmet, primariò & convenienter, applicari possunt.

§ I. Hinc institutum nostrum primariò non tangens foret divisio, sed superflua, si conventionem, prout alias venatio dispescitur, v. g. aut ratione immediati objecti, nimurum majorum aut minorum ferarum, in summam, seu universalem, eam videlicet, quam quis simultaneè cum alio exercere potest in feras *majores* (hohe Coppel-Zagd) & *simpliem*, seu particularem, quam quis cum alio communem habet circa feras *minores*, (Die niedere Coppel-Zagd) aut: si eadem, ratione *qualitatis*, seu formæ *accidentalis*, in *clamorosam*, quæ sit in statu cornu venatori, canumque incitatione, & placidam, seu *tacitam*, quæ tantum retibus, soveis, pedicis &c. peragit, divideremus, & huic divisioni operose inhäreremus.

§ II. Si enim convenatio per se revocabilis aut irrevercibilis est, inanis & superflua est quæstio: Utrum eadem, quoad feras *majores* aut *minores*, & utrum ea, quatenus *clamorosa*, aut quatenus *placida*, sit revocabilis nec ne? vid. interim Corp. Jur. Forestal. P. I. Tract. 14. Thes. 12 p. 663. b. addit Constitutionem Saxoniam Divi electoris Augusti, sub Tit. Dass Leisner auf des andern Grund und Boden jagen, hessen und Weide-Werk treiben soll ic. §. Wo aber ic. ibi: Do auch etliche von Adel wören, die vor Alters bishiero, durch Verträge, oder sonst mit einander/ Hirsche, Schweine, Rehe, und dergleichen Wildyret, gejagt, die werden sich hinführro, solcher Jagten haben ihrer Gelegenheit nach, zu vergleichen wissen, conf. Corp. Jur. Forestal. P. I. Tract. 7. §. 6. p. 214. b.

#### THES. IV.

Instituto itaque nostro conformiter dividendam putavimus conventionem, tūm ratione *causæ Efficientis*, tūm ratione *Materia*; Ratione *causæ efficientis*, nimirum

rum in eam, quæ ex conventione vel *Civili* i. e. allo-diali, vel *Feudali*, i. e. super jure per feudum conces-so, oritur; Eam deinde, quæ ex conventione civili competit, porro in talem, quæ vel ex *reciproco precario*, jure nimirum familiaritatis & vicinitatis, vel ex *re-ciproco Servitutis jure constituto*, oritur. Intuitu ma-teriæ subdividimus conventionem rursus, vel respe-ctu materiæ *subjectivæ*, vel *objective*. Ratione mate-riæ *subjectivæ* iterum in eam, quam plures convenan-di jure gaudentes, exercent vel *inter se*, vel *adversus tertium*, qui neque *venandi* neque *convenandi* jure gau-det, sed illud saltim aliis, ut *servitutem*, debet; Eam, quam plures exercent *inter se*, iterum in talem, quam exercent vel *duo tantum*, vel *plures quam duo*. Respe-ctu materiæ denique *objective*, objecti nimirum me-diati, seu *prediorum*, quatenus hæc vel *inseparabilia*, seu *commixta*, vel *separabilia* sunt, dispertimur conve-nationem in eam, quæ à *convenantibus separatim exer-ceri* aut *poteſt*, aut *non poteſt*.

§. I. *Precario*, seu jure familiaritatis, & vicinitatis tan-tum, ex civili aliquâ conventione acquisitum censetur jus *convenandi*, quando ita concessum est, ut, quandocunque placuerit, revocari possit. *Precarium enim est conventio*, quâ, ad preces petentis, res utenda gratis conceditur, ita, ut, quandocunque placuerit, illa revocari possit. L. 1. & seqq. ff. de *Precario*. Huc spectat allegata *Constitutio Electoral*. Divi Augusti, sub Tit. *Dass keiner auf des andern Grund ic. §. Wo aber ic. ibi: Wo aber einer oder mehr / mit dem andern, ver-mengte Güther hätten, die, oder dieselbigen, werden sich mit einander: berührte Jagten, Hesen und Beydewerk zu treiben, unter sich selbst deswegen nachbarlich und freundlich zu ver-gleichen wissen, vid. Corp. Jur. Forestal. p. 1. Tract. 7. Memb.*

z. §. 6. p. 214. b. & Membr. 5. §. 8. p. 219. b. ibi: Distinguendum videtur: an convenatio mutua, jure familiaritatis, amicitiae & vicinitatis, nitatur &c. & P. II. Consil. XVI. p. 854. b. n. 10. ibi: Das auch angeregenes Precarium aus lauterer Vergünstigung / umb Erhaltung guter Nachbarschafft ic. & Consil. XLV. p. 115. a. n. 17. ibi: Es geschähe denn mit desselben Nachlassung und guten Willen.

§. II. Quodsi itaque ex prætenis aëtibus, (h. i. conuentoribus) renunciatio alterius cuiusdam, per necessariam consequentiam induceretur, tunc illi actus magis jure familiaritatis tolerati presumuntur, quam: ut alter suo juri renunciare voluerit, respondente Cravetta, Consil. 747. n. 18. Generaliter quippe obtinuit, ut: quandocunque quis utitur re aliena, semper presumatur aëtus interpositus jure familiaritatis, non jure proprio, ut docet Innoc. in t. bone memorie, post princ. X. de Postulat. Prelator. & ibi Abb. dicens: quod neque presumatur quis possidere jure proprio, quando possit possidere jure familiaritatis. Castrenf. in l. qui jure, num. 2. vers. Et allegatam, ff. de acquir. poff. Surd. Consil. 260. num. 17. & Decif. 177. n. 3.

§. III. Quapropter ea, quæ jure familiaritatis, amicitiae & pacis gratiâ, aut ex liberali tolerantia aut urbanitate, facta aut tolerata sunt, neque toleranti, vel patienti, ullum præjudicium, aut, in futurum, obligationem, pariunt. L. Fluminum, §. item videamus, L. Proculus ait, ff. de damno inf. Menoch. de A. J. Q. cas. 160. num. 12. & seqq. cene. 2. Id. Consil. 201. n. 64. Mascard. Conclus. 1214. n. 13. Vol. 3. Id quod etiam de aëtibus, ratione vicinitatis, toleratis, judicat Hondoned. Consil. 39. num. 1. Vol. 1. p. 1. Adde Molin. in Consuet. Paris. D. 1. gl. 4. n. 14. ubi exploratissimum esse dixit: ea, quæ ex civitate vel urbanitate sunt, non prædicare juri nec publico, nec privato, nec in petitorio, nec in possessorio; & ex Castrensi subjungit: non presumi derogatum juri semel quæsito, sed ex gratia & civitate factum, nisi probetur: tanquam ex debito factum esse, per l. f. ff. quemadm. servit. amitt.

§. IV. E diverso, quemadmodum servitutes dependent vel à voluntate EXPRESSA domini constituentis, dum, inter

inter vivos, pactis & stipulationibus promittuntur. l. 3. ff. de O.  
 & A. atque deinde per quasi traditionem, e*c* juss*c* causa,  
 vel per usum & patientiam, l. 11. §. 1. ff. de Pao. in rem att.  
 ultimā autem voluntate, ipso iure, constituuntur, l. f. ff. de serv.  
 leg. l. 19. §. 1. ff. quemadmodum serv. amitt. vel PRÆSUMTA;  
 longi scil. temporis, aut, si sunt discontinu*x*, juxta prae-  
 xin & communem DD. opinionem, immemorali præscri-  
 ptione: l. 28 ff. de V. S. l. fin. in f. C. de long. temp. prescr.  
 Carpz. p. 2. C. 4. def. 8. n. 4. Myns. C. 4. O. 53. Gail. 2. O. 66.  
 sic etiam jus convenandi, ad instar servitutis, acquiri potest,  
 tumque, ut servitus in alieno, se habet. Merckelbach. ap.  
 Klock. Vol. 1. Cons. 8. num. 234. & 249. & ideo, cum præsumtio  
 pro naturali prædii libertate sit, probari debet; vid. Secken-  
 dorff. part. 3. Teutscher Fürsten Staat/ cap. 3. n. 4. ubi ait:  
 Dass ordentlicher Weise ein jeder Jagd-Herr, auf seinem und  
 seiner Untertanen, Grund und Boden, des Jagens alleine be-  
 fugt, und, da er an einem andern Orthe, nebst dem Eigenthums-  
 Herrn, oder andern, zu jagen, berechtigter seyn will / welches  
 mann Koppel-Jagt nennet, muss solches von ihm kläglich  
 bescheinigt werden können. ic. xc.

§. V. Ita simultanea venatio duobus, eum etiam in mo-  
 dum competere potest, ut ea uni, qui jurisdictione munitus  
 est, alteri autem, aut aliis, sine jurisdictione fundi, iure quo-  
 dam servituis, competit, atque ad ipsos, tanquam vicinos, per-  
 tineat; licet ejusmodi exempla sint rariora. Moribus enim  
 Germaniæ, sere in dubio, venatio jurisdictioni cohæret, &  
 inter ejus fructus ac commoda referatur. Seb. Medic. de Ve-  
 nat. qu. 2. part. 2. n. 4. & segg. Zaf. Cons. 6. Vol. 2. vid. Corp.  
 Jur. Forest. P. 1. Tr. 7. Membr. II. §. 1. & 5. p. 215. a. b.

§. VI. Principes jus convenandi nonnunquam in Vasallo-  
 rum agris, vi Jurisdictionis Forestalis, exercent, quandoque au-  
 tem, vi prescriptionis, in vicinis extrancorum prædiis, eo utun-  
 tur, vid. Seckendorff. d. Tr. c. 3. Tr. Wild-Bahn. versl. Nächst  
 dem. ibi: die Herrschaft an einem Orthe nicht allein, sondern  
 mit und neben andern fremden oder im Lande gesessenen, zu ge-  
 brauchen hat.

### §. VII.

§. VII. Prout etiam aliis vicinis convenatio competere solet, ut servitus, vi prescriptionis, consuetudinis ac longissimi usus; quando v. g. contigit, ut, facta jurisdictionum ac territorium divisione, ac disterminatione, vicinus conventionem sibi in alieno retinuerit. Tunc enim alterius scientia & patientia, sicut in omnibus aliis juribus incorporalibus, ita etiam in jure convenandi, pro justo titulo habetur. *L. fin. ff. de Servit.* eo, quod tolerantia inducit consensum. *Surd. Cons. 37. num. 56.* vid. *Corp. Jur. Forestal. P. II. Consil. 16. n. 18. p. 856. b.* *Cp. 1151. 4. n. 17.* ibi: Ein jeder auf seinem Grund und Boden verbleiben solle, er hätte denn die Koppel-Jagd von Aliers darauf hergebracht.

§. VIII. Porro Convenatio exerceri solet, ut servitus, vi pacti divisionis hereditarie, verbiq; alter Verträge, Brüders oder Väterlicher Thellung; vid. d. *Consil. Sax.* §. Wo aber. ibi: Die von Alters bisanhero, durch Verträge, oder sonstwie mit einander gesagt. re. Quando videlicet aut commoda venationum divisio fieri nequit, aut ea huic, illive non placet, & ideo partes controvertentes, de mutua conventione concedenda, paciscuntur.

§. IX. Unde etiam sepe accidit, ut jus convenandi, tanquam servitus, per transactionem constituantur; dum v. g. lis circa jus venandi orta, amicibili compositione inter vicinos tollitur, & Convenatio alteri, in alterius fundo, certò modo permittitur.

§. X. Si autem ejusmodi lites per transactionem non sopiantur, frequenter etiam evenit, ut vicini, jure convenandi, tanquam servitute, utantur: vi sententia & rei judicate. Non enim novum quid est, nec exemplo aut ratione caret, circa venationum controversias, ut in iis, si uerque possessionem probet, pro utroque judicetur; cum plures successive, eodem hoc jure, in uno eodemque loco, uti queant. *Zasius in l. 3. §. ex contrario. Conclus. 14. & seqq. de A. P.* Quamvis enim alias constitutioni juris sit: quod duo unius rei in solidum possessores esse nequeant, vid. *Georgius Biccarius & Julius à Beyma, in Tratt. ad l. 3. ff. de A. vel d. Possess.* illud tamen axioma in rebus incor.

incorporalibus, utpote jurisdictionibus, servitutibus, aliis que juribus, non obtinere volunt, per text. qui per certi, 15. comm. præd. L. Lucio, 4. ff. de aqua quotid. vid. Meichsner. Tom. 1. Decis. 42. num. 2. ubi ait: Duo in solidum jura incorporalia possidere queunt, etiam de consuetudine Germania, putat, quod Titius habet jus venandi, & Sejus habet jus conveniandi in uno loco; & Wehner. Obs. præf. verb. Forst Recht.

§. XI. Eo igitur casu cessat presumptio precarii & familiaritatis, quo quis alium titulum quasi-possessionis suæ, intuitu juris conveniandi, causamve aliquam usurpatæ servitutis, v. g. titulum emi, ostendere potest; hic enim nunquam jure familiaritatis, sed jure proprio possedisse judicatur. Menoch. Cas. 160. num. 20. L. 2. & 6. prefumt. 67. num. 12. Mascard. Concl. 1197. n. 1. & seqq. vid. Corp. Jur. Forestal. P. II. Consil. 16. n. 27. & 35. p. 858. b. & 861. a. & P. I. Tr. 10. p. 303. a. fin. ibi: Wie viel Species Forstlicher Servitut und Herrlichkeit; & seqq item: p. 335. b. ibi: Von general- und gemeinen Regeln, welche, in Forstlicher Servitut, Ober- und Herrlichkeit, sonderlich nuz zu wissen, &c. & p. 338. b. Regul. 14. ibi: Welcher eine Dienstbarkeit auf fremden Guith, der hat alles das / ohne welches er sich seiner Servitut und Gerechtigkeit, nicht zu gebrauchen, zu thun. L. refelctionis, 11. ff. comm. præd. L. Servitus, §. si domo, 1. ff. de S. II. P.

§. XII. Præterea, seu præter dictos modos Civiles, i. e. allodiales, etiam per conventionem Feudalem jus conveniandi acquiri, patet ex eo: 1) quod, sicuti jam in præc. §. 6. hujus Th. 4. præmonitum est, Princeps seu Dominus territorialis, & feudal, vi Jurisdictionis Forestalis, krafft habender Forstlichen Obrigkeit, in subditorum ac Vasallorum suorum agris, conveniandi jus, das Mitzagen, habeat; vid. Besold. Thef. præf. verb. Jagen/ allegans Bidembach. Quest. Nobil. 12. per rationem: quod Princeps Imperii, à S. Cæsareâ Majestate, cum jure Foresti, omnia modique venatione, mit aller Forstlichen Obrigkeit, Jagen, und Jagens-Gerechtigkeit &c. per alienos, & sic Nobilium agros, investiri soleant. Montan. de feud. Lib. 2. cap. 2. §. quandounque autem. Addat. Wehner. Obs. Praef. voc. Forst Recht/ ubi ait: videbatur distinguendum esse:

an venationes à dominis territoriorum concessæ essent, ut, *cō casu*, Domino simul jus venandi competeret, cūm Domini jus illud non prævativè, sed *cumulativè*, in Vasallos Nobiles transtulerint, per autoritatem Schraderi de Feud. Part. 10. Setz. 5. num. 174. vel: an, jure servitutis, nobiles venationem in alienis prædiis obtinerent. Cum verò usu receptum sit: ut venationes etiam in alienis prædiis exercantur; maxime, si Nobilium intervenerit patientia, vix erit, ut Nobiles Dominos in simultanea venatione impediri possint &c. vid. Corp. Jur. Forest. p. I. Tr. 7. §. 2. p. 215 a. & p. II. Conf. XVI. p. 852. a. n. 4. & p. 859. n. 31. it. p. 855 n. 15. ibi: precariō, oder aus nachbarlichen Willen, keines weges aber jure proprio, vel etiam feudal concessionis, das Weidwerk getrieben haben. it. d. P. II. Consultar. Decisi. IX. p. 168. b. n. 19. ibi: So kan doch heutiges Zages, da jeder Landes-Hürst ex investiturā Imperatoris, cum Jure Foresti, & omnimodā Venatione, mit aller Förlischen Obrigkeit, Wild-Bahn, Jagten und Hagens-Gerechtigkeiten, per totum territórium - - wo nicht das jus conventionis, die Koppel-Jagd, ut putat, cum Montan. d. feud. lib. 1. c. 1. §. quædoconque, Wehner, in Observ. verb. Forst Recht/ §. an antem Princeps - - doch das Jus Foresti, und die darzu gehördigen und von Wehnero d. l. guten Theils angemerktēn Actus unsfreitig hat, &c. 2) Quod Vasalli, à Dominis Feudorum, sape investiantur jure convenandi, & h. m. vi investiture feudal, conventione utantur. Possunt exempla adduci, ait Wehner, c. l. daß solche Koppel-Jagten unterschiedlichen Herren zugleich, vom Stifti Würzburg, zu Lehen verliehen warden, &c. Corp. Jur. Forest. d. Tr. p. 217. a. §. 6.

§. XIII. Potest insuper contingere: ut Princeps ministro vel Vasallo suo, in certo districtu, per viam singularis gratia ac privilegii, Conventionem concedat, quæ precaria (Gnaden-Mittagd) vocatur. vid. Besold. Thes. Præc. verbo: Jagten. Speidel, in Specul. Jurid. verbo: Jagten / in add. quando v. g. fidei alicui Ministro Aulico, aut Vasallo, qui castrum vel feudum sine Venationibus possidet, conventione, ad tempus, gratificari vult; aut: quando inter Dominum & Vasallum de

de venatione haec tenus lis sovit, hæc autem ita componitur: ut Vasallus conventionem, titulo precarii, retineat, vel, nomine privilegii personalis, à Domino obtineat; aut: quando Princeps forte in loco nimis remoto, venationes habens, pro possessione, contra vicinos turbatores melius tuendâ, earum exercitium alicui, sub certo modô, simultaneè concedit. vid. Corp. Jur. Forest. P. I. Tract. 7. Membr. 2. S. 3. p. 215. b. & p. 220, a. §.  
2. §. 3.

§. XIV. Ceterum, loco anacephalæoscos, seu recapitulationis, eorum, quæ, ad illustrandam conventionis divisionem, ratione cause Efficientis factam, haec tenus adducta sunt, adhuc apponere luet ea, quæ Cladius & Beringer, in differentiatione de Jure Venandi, Corpori Juris Forestalis, P. I. Tract. XIV. incorporata, seu inserta, in Th. XI. & notâ: f) p. 662. b. & 663. a. sequentem in modum differunt, quæque etiam ad jus convenandi aptè applicari possunt: Et hæc acceptione definitur, (Venatio) varie à Doctoribus, prout eam vel servitutibus personalibus, vel realibus, vel partis personalibus, vel regalibus, annunciant; vel denique jurisdictionalem servitutem esse affirmant. Nos vero, rejectis omnium, SIMPLICITER ita statuimus, traditionibus, eam dicimus esse: Jus investigandi & capiendi feras terrestres, nullius in dominio existentes, in sylvis locisque campestribus, utilitatis causâ constitutum. - - (f) Dicimus: jus; quale autem sit, ut relius conflet, sic statuimus: Aut competit cum fundo, jure quodam proprio, vel feudi titulo, & est ipsum uile (quod dicunt) dominium, vel potius ejus pars, per vulgata principia, & l. 9. §. 5. l. 62. ff. de Usu. nisi quod, nonnunquam cum feudo, ut regale, concedatur; - - Aut competit, ut Jus in alieno fundo constitutum, & hoc, sive concedatur, sive per prescriptionem &c. acquiratur, nihil aliud, quam quedam servitus esse videtur, realis plerunque, arg. definitionis hujus, l. 5. §. 9. ff. de oper. nov. nunciat. - - Interdum autem personalis, ut putâ die Gnaden-Jagten; - - rarissime ut regale acquiratur, - - ut proinde non inconvenienter illud, ut jus in re, ad eundem modum tractaverimus &c.

§. XV. Et hæc sufficiant, pro declarandâ divisione conventionis, quatenus illius membra causam ejusdem Efficientem

um respiciunt; jam ergo, ad dilucidationem reliquorum ipsius membrorum dividentium, qua materiam ejus sub- & objectivam concernunt, digrediendum venit.

§. XVI. Dubio caret: 1) Quod jus convenandi exerceri possit a duobus vel pluribus, tum inter & contra se invicem, tum adversus tertium, qui v. g. saltim saltum, seu nemus, in quo alii conventione utuntur, jure proprio possidet, juris venandi versus, aut convenandi, in eo non est particeps, sed hoc alii, in eo, tanquam servitutem, relinquere tenetur; Quodque 2) illud, a convenientibus, intuitu prædiorum separabilium aut inseparabilium, separatim exerceri possit aut non possit.

§. XVII. Spectant hac ea, qua iam superius, §. 3 & 4. ad Tb. II. §. 2. ad Tb. III. §. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. ad Tb. IV. tradidimus; & præterea illa, qua reperiuntur in dem Flugen Beambten, cuius Extractus habetur in Corp. Jur. Forstal. p. I. Tract. 15. §. 10. p. 697. ibi: Es ist aber die Kompetenz dieses Juris nicht einerley. Dann: entweder ist die Jagd so beschaffen, daß ein jeder auf des andern Grund und Boden jagen darf, v. g. Mævius auf des Titii, und Titius auf des Mævii, welches gemeinlich auf vermengten Feldern und Gütern geschiehet, jedoch nur insgemein in kleinen Wildprei, Nehen, Haasen, Füchsen, statt hat: Oder: es muß einer allein/ nur auf seinen Gütern dergleichen Servire leiden; wegen des Fangs aber ist in acht zu nehmen: Ob beyde Koppel-Jäger zugleich jagen, oder ein jeder vor sich; daß, erstens falls, das Gefangene in gleiche Theile zu theilen; Lektern aber, einem jeden das von ihm gefangene zu lassen ist. Gryphian der. Oeconom. legal. L. 1. c. 18. n. 19. conf. Fritsch. §. 7. Membr. 4. Tract. de Convenat.

§. XVIII. Quibus conformia sunt ea, qua d. p. I. Tract. 7. membr. 2. §. 4. p. 215. b. leguntur, & in sequentibus constiunt: Competit jus convenandi diversimode; vel ita, ut conventionatio, exemplo juris compascui, si mutua ac RECIPROCA, sit, ut Titius in Mævii, & hic in Titii agris ac sylvis, eam exerceat, quod plerumque sit, quando duorum vicinorum agri sunt intermixti, auf denen vermengten Feldern und Gütern. Quo tamen eas fre-

frequentius jus convenandi minoris generis feras, Rehe / Haasen /  
Fuchs &c. concernit; Vel competit NON RECIPROCE: Quan-  
do Merius vicinus, in cuius agris convenatio nobis debetur, eam in  
nostro fundo exercere non potest. Et in hac re vetustas & antiquus  
usus cumprimis inspici debet. Adde ea, quæ ibid. Membr. III. §.  
4. p. 217. a. extant: Cum quo convenit Autor consilii, apud Meu-  
rer. Tr. vom Jagd- und Forst-Recht part. 4. §. dann erste  
lich, qui ita scribit: Dass in specie auf einem Grund und Boden / vor viel Personen, zumahl jus venandi, pistandi, auen-  
pandi, und dergleichen/ constituiret werden möge / und dass  
sich dieselben in Gesammtschafft, oder ein jeder insonder-  
heit / nach dem andern, gebrauchen könnte / giebt die  
tägliche Erfahrung / &c: quæ d. Membr. S. 7. p. 218. b. ex  
Wehner. Observ. Pract. voc. Forstrecht. allegantur: Poiesit si-  
multanea venatio, gesammte Jagd, gemeine Jagen, & conjunctim  
& separatum exerceri, sicut und sonders zu jagen: Quo tamen ca-  
su hoc ferè limitatio observari solet: Wenn je zweent oder mehr  
eine Kuppeljagt mit einander gemein haben, und jedweder samt  
und sonders, ungehindert des andern, Jagen und Weyderwerck  
treiben mag, das doch alle Wege zu Herbst-Zeiten, und nach-  
dem die Beere in denen Weinbergen abgelesen, das erste Jagen  
von beyden oder allen Theilen sämlich, auf zuvor besche-  
hene nachbarliche Jahr-Berghaltung, solcher Orth besagt, was  
auch deren Enden gefangen, in zwey oder mehr Theile ausge-  
theilt, davon jeder einen haben und nehmen soll, ohne Gefahr-  
de re. conf. ibid. P. II. Consil. 16. p. 863. b. ibi: in welchen Fall  
der Richter + gleich mitten durchzugehen, und das Mittagen und  
dessen Ubung, hinc inde in einem District, und abgestimten  
Gezirk, inequalitatem ad equalitatem reducendo, keinen in soli-  
dum und allein, sondern in egemein in hoc interdicto: uti possi-  
detis, zu adjudiciren, und zu ertheilen pfleget; quod nec exemplo  
nec ratione careat, Bart. in t. f. n. 3. & seq. ff. uti possid. Zafius  
in l. 3. §. ex contrario, concil. 14. & seq. ff. de acquir. possess. jun-  
ge P. I. Tr. 7. Membr. IV. § 8 p. 218. b. & 219. a. ibi: equa-  
litatis concordiaque ratione, sepe inter eos, qui simultaneam venatio-

nem habent, ut quilibet certo loco venationem exerceat, daß jedwo-  
der seinen Gewissen Gezirce besuche / und daselbst jage / da  
hin man sich de persona ad personam, temporaliter vergleicht/  
umbegeben der gesamten Jagds/Gerechtigkeit.

## THES. V.

Convenatione hactenus *in se spectata*, eandem  
nunc *in Affini suo, Jure videlicet Compascui, contem-*  
*plabimur.*

§. I. De hōc paucis disquiremus: 1) *Quid illud?* 2) *An,*  
*& quibus casibus, idem revocabile sit vel non?*

§. II. *Jus compascui, seu compasculationis, vulgo:*  
*Die Koppel-Dristi, Koppel-Waide, Mitwaide, est jus, quo*  
*duo, plurēsve, vicini, in prædiis & agris suis, invicem mu-*  
*tuis pascuis utuntur.* vid. Struv. *S. f. C. Exerc. XIII, th. 27.*

§. III. *Hoc, si familiaritatis, ac mutui, seu reciproci,*  
*precarii jure, nitatur, ab altero sociorum revocari potest.*  
*Compasculatio enim 1) quædam societatis, seu communionis,*  
*species est. Jam vero nemo invitus tenetur in communione*  
*stare, propter multa ejus incommoda; l. ult. C. comm. divid.*  
*adeo, ut nec paclio perpetua societas effici possit, l. in hoc, 14.*  
*§. 2. ff. cod.* *Socii præterea, quamdiu in communione sunt,*  
*semper se invicem, ut socios recognoscere, censentur, & te-*  
*nentur, & ideo alter contrā alterum nunquam præscribere*  
*potest;* Klockius, *Vol. 1. Cons 37. n. 337.* Köppen. *Decs. 12. n.*  
*11. & seqq.* 2) *Quatenus usus compascuorum est precarium*  
*reciprocum, eadēnam præscriptioni non subjacent.*  
*Quæcunque enim precario possidentur, nullò unquam tem-*  
*pore præscribuntur, ideoque semper revocari possunt; l. ma-*  
*lè agitur, 2. Cod. de prescript. 30. vel 40. annor. Balbus de prescript.*  
*l. part. 5. pari. principal. in 26. casu, num. 51. Et; 3) qui fundo*  
*alterius, jure familiaritatis usus est, ille nec per mille annos fer-*  
*vitutem acquirit, ut præterea usus ejus quotidie sit revoca-*  
*bilis. per l. qui jure familiaritatis, 41. ff. de A. P. l. i. §. Arist. 19. ff.*  
*de*

de aqua, quotid. & est. l. viam publicam, 2. ubi Bart. ff. de Via publica.  
 & itin. publ. refic. Natta, Conf. 23. n. 7. Vol. 1. Ex actibus enim  
 merae facultatis, nullum jus oritur, etiam quantocunque  
 tempore; d. l. viam publicam. Matth. de Afflictis, Decis. 290.  
 Menoch. de arbitr. jud. quisi. cas. 160, per tot. Carpzov. Part. 2.  
 Conf. 4. desin. 14. per tot. & Conf. 4. def. 9. n. 6. ubi prajudi-  
 cia. Strav. d. Tb. 27. ubi ait: acquiri in hisce compascuis fun-  
 dis solum jus, ex quod uterque vicinus facultatem habet: in  
 alterius agris sua pecora pastendi, quamdiu alteri visum fue-  
 rit, adeoque ab una vel altera parte, separatim propriis pa-  
 scuis uti volente, revocari posse.

§. IV. Pariter: Licit compasculatio etiam ut servitus  
 communis sit introducta & constituta; si tamen eadem sepa-  
 ratim exerceri possit, certe eidem quoque ab alterutro com-  
 muniter uentium, seu eorum, qui eam exercent inter se, & con-  
 tra se invicem, renunciari potest; & quidem ex firmissimâ il-  
 la ratione: Quod nemo in communione, tanquam differen-  
 tionum matre, & sic nec in servitutis alicujus communio-  
 ne, cuius usus separabilis est, permanere tenetur, cit. l. ult.  
 Cod. comm. divid.

§. V. Si autem compasculatio, ut servitus, exerceat-  
 tur, (v. g. à collegio aliquo lanionum) contra non compa-  
 sculentem tertium, eam debentem (v. g. privativè, contra cives  
 oppidanos, in agris suis illam debentes) tunc hic tertius ean-  
 dem, invitis compascientibus, tanquam servitutis Dominis,  
 revocare non potest. Quia 1) hoc casu, tertius ille non est  
 in communione compascui, tanquam matre discordiarum;  
 & 2) quia servitus semel constituta usum, Dominus ser-  
 viens impedit nequit, ideoque nec eandem revocare potest.  
 l. 13. §. 1. ff. de S. P. R.

§. VI. Porro: Si Compasculatio tanquam servitus con-  
 stituta sit, in agris commixtis & inseparabilibus, tunc eidem,  
 ad hunc finem: ut eadē separatim exerceatur, non potest  
 renunciari; benē tamen ad hunc finem: ut revocanti, per  
 pretium, pro suo communionis jure & parte, satisfiat. S. 5.  
*Instit. de Offic. Jud.* ibi: *commodè dividi non possit.*

### §. VII.

S. VII. Compascuum quippe etiam ut servitus acquiri potest, & sic eodem, certis casibus, etiam tanquam servitio (ideoque non semper tanquam *precario*, ex familiaritatis scilicet jure) uti, integrum est. Nimirum 1) si nova aliqua causa superveniat, quæ jus servitutis inducere possit; veluti quod unus, contra *prohibitionem* & *cessationem* alterius, à compascuis non abstinuerit, sed per longissimi temporis spatium denuo pascuis usus fuerit; Quamvis enim alias ex actibus merx facultatis nullum jus oriatur, etiam quantocunque tempore. cit. l. viam publicam, ff. de via publica; attamen, ex causa superveniente, jus servitutis induci potest. Prout ex Köppen, Decif. 12. n. 13. tradit Carpzov. P. 2. C. 4. def. 15. cum prajud. Socinus, Conf. 131. col. 1. & 2. Vol. 1. Corne. Conf. 293. col. 3. vers. nec obstat, vol. 3. 2) si quis *titulum* & causam aliquam acquisitum & usurpatum ostendere posit. Talis enim compasculationem nunquam jure familiaritatis, sed jure proprio, quasi possedisse judicatur. Klockius, Vol. I. conf. 29. n. 571. 3) si forte *necessitas* vel *consuetudo loci*, in agri communibus vel commixtis (inseparabilibus) jus compascui, servitutis instar, introduxit; v. g. si duo vel plures vicini ita posideant agros commixtos, ut neuter eorum *separatim* pascere queat; tunc enim ei (videlicet ad finem separati exercitii) renunciari non posse, pluribus deducit Mevius, Part. 3. Decif. 251. eò: quod *distractio communionis magna* & multa *incommoda* vicini illatura sit, cùm tamen ita demum à communione discedere fas sit, si renunciatio ei sit innoxia; & hinc, ex jure servitutis, perpetuum compascuum aliis quæratur, ut *luz villa* pecora etiam in *interiacentibus* aliorum agris pascere licet.

S. VIII. Quod ultimum clarius redditur, per Responsum Facultatis Juridicæ Helmstadiensis, Tractatui Anonymi alicujus, de jure ovium, th. 41. p. 156. insertum, & Senatus Ultzensti, Mens. Jun. 1646. hunc in modum transmissum: So viel aber in specie die Acker betrifft, so die Bürger mit denen Bauren, bevorab aus Hambruch, ein Stück ums andre, haben, und eure, wegen der Hut, nicht wohl abgesondert werden

den können; An solchen Dertien müßte die Weyde denen Bürgern und Bauern nothwendig gemein bleiben, und wäre von der hohen Obrigkeit zu mäfigen, welcher gestalt, von beiden Theilen, solche Gemeinde füglich zu betreiben sey; Woferne aber die Stadt und Dorffschafften wegen gesammter Hüt, sich vergleichen künnten, und ihnen in solcher communion zu verbleiben, behieben wollte, wäre, pro mensura agrorum & compascuum, eine billige Mäßigung der Schaf-Trift allerseits anzustellen, und hätten sie sodann, ohne Unterschied, es gehöre Grund und Boden, wohin es wolle, sich der Weyde zu gebrauchen. V. R. W.

## THES. VI.

Ex omnibus haec tenus deductis, & latè præsuppositis, præsupponendis, jam ea, quæ de Revocatione, seu unilaterali renunciatione conventionis, movebuntur, facile, & breviter, decidi possunt; præsertim, cum à compascuo ad conventionem, tanquam parilem communionem, pronissime concludi, atque argumentum fieri possit.

§. I. Id quod etiam Fritschius, in *Traß. de Conventione, Membr. 4. §. 8.* innuit, dicens: Cum conventionis plerumque parsæ rixas, utile est: Compasculationis exemplo, usum venationum dividi: Qua diviso fieri potest, vel juxta certa loca; ut, v. g. in his Titius, in aliis Meivis, venetur; vel juxta certa tempora; ut alternativum, vel certis diebus, alter venationem exerceat; vel: quoad certas feras, ut hic minores, alter lepores, quoad certum numerum, capiat. Add. Wehner. Obs. Præl. verb. Forst-Recht/ p. 165.

§. II. Imo, vicissim, à conventione ad compascuum, concludi posse, ostendit Autor Anonym. in *Traß. de Jure Oviæ am, §. 42.* p. 156. -- 158.

## THES. VII.

Sequentes itaque, de Conventionis Revocatione, formabimus Conclusiones. CONCLUSIO I: Con-

D

16-

*venatio revocari potest, quatenus ea in reciproco preclaro con-  
sistit, seu in nudo familiaritatis ac vicinitatis jure, fundatur.*

S. I. Quia 1) Convenatio quædam societatis & communio-  
nionis species est, cui nemo invitus stare tenetur, sed quilibet,  
quandocunque velit, eidem renunciare potest; & præ-  
terea conventionis socii, (quia se invicem, quamdiu in com-  
munione persistunt, ut socios recognoscere tenentur) contra  
se invicem nunquam præscribere possunt; 2) quia preclaria  
præscriptioni non sunt obnoxia, ideoque semper revocabilia.  
3) Quia mutui actus, qui solo vicinitatis aut familiaritatis ju-  
re nituntur, nullum important jus, multo minus præscriptio-  
nem, per ea, quæ, ad proximè præcedentis theses. V. §§phos,  
allegata sunt.

S. II. Hinc Dni JCri Wittebergenses (referente Auto-  
re Anonymo, in Tract. de Jure ovium, §. 42. p. 156. 157. & 158.) An-  
no 1630. sequento modo responderunt: Ist das Ritter-Gut S.  
Derer Niederjagten und Weidwercks auf dessen Feldern und Flu-  
ren berechtigt, ic. nach mehrern Inhalten der uns zugeschickten  
Species facti, und angehangnen Fragen. Wenn nun gleich, auf  
N. Seite vorgegeben werden möchte: daß, ex mutuis actibus,  
& tacito consensu, die Koppel-Jagd zwischen beiden Gütern  
zu erhalten, auch: daß es von langen Jahren, weil die Felder  
an einander stoßen, hergebracht, und daß man dar durch, ein Jus  
quæsitum erlanget, ja, daß schon vor 45. Jahren die Koppel-  
Jagd eingeführet, und also dieselbe præscribitur, ferner: daß  
auch, per modum servitutis, solche acquiriret sey, dahero man  
S. Seiten, dieselbe, ohne ausdrückliche Gegenthels Einwilli-  
gung, aufzuhaben, und der Pfändung, als welche ohne dies in  
denen Reichs-Abschieden verboten, zu gebrauchen nicht besugt  
sey. Dennoch aber und dieweil beide Güther S. und M. im  
Thürfürstenthum Sachsen gelegen sind; Und dann, vermöge  
der Thürfürstl. Sächs. Landes-Ordnung, auch unterschiedener  
ergangener gnädigsten Besehle, die annis 1613. 1626. 1629. 1630.  
niemanden, auf des andern Grund und Boden, ungeachtet einig-  
es Fürwendens, daß es also hergebracht, zu liegen, hängen, ic.  
ohne

ohne des andern Willen nachgelassen, auch keine gewisse Verträge deßfalls, zwischen beyden Theilen, vorhanden sind, welche N. Seiten urgirtet werden könnten, die bisher ergangene mutuactus, und der tacitus consensus, so sich auf bloße Nachbarliche Zulassung gründet, kein Recht, weniger einige Präscription geben, zumahln dieselbe ohne dies nicht statt hat, die vorgegebene servitus auch nicht zu präsumiren, sondern von N. Seiten probiret werden müste, überdies auch die Felder nur an einander stossen; und dergestalt nicht, daß keiner die Jagten, ohne Betreibung des andern verrichten könne, mit einander vermenget sind; endlichem bekannt: daß die Koppel-Jagten ex jure familiaritatis, amicitia & vicinitatis, gemeinlich herrühren, darzu denn, wie auch sonst in communione oder societate zu bleiben, vermöge derer Rechte, niemand gezwungen werden mag; als ist auch der Besitzer des Gutes E. die bisher mit denen N. und andern Benachbarten gehabte Koppel-Jagten, gerichtlich, oder durch Notarien und Zeugen, aufzusagen, und dieselben aufzuheben; und, da Gegenteil davon sodann nicht abstehen sollte, die Pfändung, weil dieselbe, vermöge Sichs. Rechte, nachgelassen, wieder die Nachbarn fürzunehmen, oder actionem negotioriam anzustellen, oder aber auch auf die, in der Landes-Ordnung, s. Das auch Peizer auf des andern Grund und Boden ic. gesetzte 100. Straße, zu klagen wohl besugt. V. R. W. Quam sententiam, testante eod. Autor. Anonym. d. i. Dunn. Icti Jenenses, ad Consultat. J. B. zu E. M. Octobr. 1680. hoc modo confirmarunt: Auf vorgehende facti speciem, und darüber befindliche zwölf Fragen, darüber unsrer Rechtslehrung begehret worden, sprechen wir vor Recht: Obwohl die Besitzer des Ritterguts O. viel und lange Jahre der Koppel-Jagt, auf denen, zu dem Ritter Gut E. gehörigen Fluhr und Feldern, sich gebrauchet; dennoch aber und dieweil seitgedachten Besitzern des Ritterguts O. die Koppel-Jagi nur aus Vergünstigung zuständig, welche, nach rechtlicher Verordnung und Art eines precari reciprocii, zu jeder Zeit wiederrufen werden mag, und darüber einige präscription, bloß aus vieljährigem Gebrauch, mit Bestande nicht anzuziehen, noch an der Auffindung hin-  
D 2 derlich

Verlich ist; auch, in gegenwärtigem Fall, die Situation der E. und O. führen also beschaffen, daß die Separation derer Jagten füglich geschehen könne; so ist der Besitzer des Ritter-Guths E. die Koppel-Jagt mit dem, des Ritter-Guths O. vergestalt nach Belieben, aufzuheben wohl befugt, daß hinsühro ein jeglicher auf seinem Revier verbleiben müßte, und kan diese Aufkündigung durch Notarien und Zeugen geschehen; Und, wann der andere Theil gleichwohl heimlich die Koppel-Jagt exerceiren würde, mit der Pfändung versahen, und libertatis possessio, vel quasi, herdurch erhalten werden. Da aber das petitum judicium nöthig anzustellen etwa sollte vorsallen, so dann möchte am füglichsten actio negatoria statt haben. V. N. W.

S. III. Et eatenus Doctores revocationem etiam inter modos, quibus jus convenandi extinguitur, retulerunt. vid. Fritschl. Tract. de Convenat. Membr. V. S. 6. ibi: 4. REVOCA-TIONE, si forte precario quis eo jure, in alieno, usus fuerit. vid. Extractum ausim elugens Beamten, in Corpor. Jur. Foreb. Tract. XV. S. 10. p. 698. a. verbis: Ob aber 16.

### THESES IIX.

**CONCLUSIO II:** Etiam illa convenatio, que tan- quam servitus communis, constituta est, & in praediis se-parabilibus, ut ut commixtis, separatis exerceri potest, ab alterutro conveniantium, seu eorum, qui eam inter & con-tra se invicem, exerceant, revocari potest.

S. I. Siquidem etiam servitus communis, in praediis com-mixtis separabilibus, aliquam societatem & communionem in-volvit, in qua quis perseverare non est obstrictus; præsertim, cum à societate, hoc modo, commodè discedere possit, per su-pra allegata.

S. II. Deinde in servitute communi (æquæ ac in precastio-ni communis, seu reciproco) communiter utentes, se invicem, quam diu in servitutis communione sunt, ut socios recognoscere debent, & propter hoc, alter, contra alterum, nunquam præscriptio-

ne

ne fretus esse, sed quisque illorum huic societati & communi-  
nioni renunciare potest; per pariter suprà citata.

S. III. Hinc non facimus cum iis, qui *absolutè statuunt*:  
quod, à conventione, *jure servituis*, v. g. per *prescriptionem ac-*  
*quisita*, neuter *convenantium*, alterò *invitò*, resilire seu rece-  
*dere possit*. Licet enim alias, per *constitutam servitutem*,  
*ejusmodi jus perpetuum acquiramus*, cuius *usus nequidem*  
*impediti*, multo minus, per *revocationem debentis*, plane tolli  
possit; per suprà cit. l. 13. §. 1. ff. de S. R. P. hoc tamen intelli-  
gendum est sub restrictione: *Nisi sit servitus communis*, discor-  
*diam patiens*, seu: *de casu*, ubi *servitus non est reciproca*, sive *u-*  
*trobiique communis*, sed: *ubi ea saltim unilateralis*, sive *ab una*  
*parte*, scil. *debentis*, *est solitaria*, ut *ut pluribus alterius lateris*,  
scil. *pluribus dominantibus & utentibus*, *sit communis*. *Servi-*  
*tus quippe solitaria seu unilateralis*, *non æquè importat com-*  
*munionei*, seu *societatem aliquam*, *respectu debentis*, *utpote*  
*qui in communi servitutis usu non involvitur*, *sicuti commu-*  
*ni*, seu *reciproca servitute*, *communiter & reciprocè utentes*,  
vid. in Corp. Jur. Forest. P. I. Tract. 7. Memb. 5. §. 8. p. 219. b.  
ea, quæ, hâc in parte, sequentem in modum *absolute statuun-*  
*tur*: Quæritur autem: *Si duo, vel tres, in agris suis, mutuan con-*  
*ventionem, per longum tempus, exercuerint, an uni, vel alteri, permis-*  
*sum sit: ei renunciare, & separatim, in propriis agris, venationes exer-*  
*cere?* Distinguendum videtur: an *convenatio mutua jure fa-*  
*miliaritatib. amicitia & vicinitatis, nitatur*; an *vero prescriptio-*  
*nè, vel immemorialis temporis usu*, *ea alteri acquisita sit?* Priori *casu*, omniò *renunciatio licita est*, quemadmodum *de*  
*jure compasui, in discursu, de compasculatione*, *pluribus*, *ex*  
*Kœppenio, Decis. 20. docuimus*. Quæ enim *ex familiaritate*  
*& amicitia nobis conceduntur*, *ea præscriptibilia esse non cen-*  
*sentur*. vid. Klock. Vol. 1. Cons. 21 num. 96. & seq. Posteriori verò  
*casu renunciatio locum habere non videatur*, *cum perpetuum jus*,  
*per virtutatem temporis & usus, alter sibi acquisiverit*, *quod*  
*ei invito afferri neguit*. &c. Adde, quæ d. l. ausm flugen  
Beamten, Tract. XV. §. 10. in fin. p. 698. 4. hoc in passu, indi-  
stinctè, ponuntur: Ob aber einer der Koppel-Jagd, wieder des  
anderen Willen auß sagen könne? Ist darauf zu sehen: Ob solche

aus Freundschaft und guten Willen, oder per præscriptionem,  
und auf andere Arth, acquiraret sey? daß erstern Falls mit Ja,  
letztern aber, mit Nein zu antworten.

## THESES IX.

**CONCLUSIO III:** *Ex dictis principiis, Dominus quoque Feudi non solum precariam, quam cum Vasallo suo communem habet, venationem, separabilem, sed etiam eam, quam, servitutis communis jure, haec tenus cum Vasallo separabiliter exercuit, & vicissim Vasallus, cum Domino suo Feudi in communione venationis manere nolens, utramque earum revocare potest.*

## THESES X.

**CONCLUSIO IV:** *Ex iisdem causis, etiam duo plurēsve Vasalli conventionem aut precariō, aut servitutis communis jure, inter se & contra se invicem separabiliter usurpantes, eidem renunciare possunt.*

## THESES XI.

**CONCLUSIO V.** *Imo: propter dictas rationes, revocatio conventionis, à Vasallis, inter se, facta, etiam eo casu, quō tantuminodo major pars eorum, dissolutionem ejusmodi communionis, velut separabilis conventionis, urget, procedere, effectumque sortiri potest, ac, de jure, debet, ita, ut nec Domini feudi (qui in illa communione, vi juris Territorialis, & Forestalis, simul continetur,) nec Successorum feudalium, dissensus, revocantes Vasallos, in illa discordiarum plena communione, detinere possit, sed horum omnium consensus impetrari ac impetrari debent, praesertim: si bonum publicum, per ejusmodi revocationem eo melius promoventur.*

S. I. Formemus desuper sequentem facti speciem:  
Es haben die mehresten, aus gewissen Coppel-Zagts berechtigten,

ten, unter sich die Abrede genommen: Die Coppel-Jagd, in ih-  
ren Coppel-Fluhren, besonders in denjenigen, allwo von ho-  
her Herrschaft keine Hegeäulen gesetzt, und welche keine Ritter-  
Güter sind, aufzuheben, und solche gemeinschaftliche Jagd des-  
sen übrigen Interessenten, zu diesem Ende aufzukündigen: da-  
mit die bemeldete Coppel-Fluhren unter sie ingelämt vertheilt,  
und jedem sein Anteil zugeschlagen werden möge; die quæstio-  
nierte Coppel-Fluhren sind auch, zu Vergnügen eines Jeden,  
zureichend, wohl stützret, und dergestalt beschaffen: daß ein  
jeder sein Anteil in der Nähe und angränzend, mithin: ohne  
des andern Fluhr passiren oder betreten zu dürfen, erhalten,  
diesem nach die separation sothner Coppeljagten gar füglich,  
und dieselbe daneben zum gemeinen Besten, geschehen kan; In-  
dem solche hiernächst sowohl dem armen Landmann, dessen Ge-  
trayde und allem Feld-Bau, wie nicht weniger dem Herrschaftl.  
angränzenden Gebege selbst, zu gute kommen, auch hierdurch  
bei der ganzen Niederjagt bessere Ordnung erhalten, mithin  
Missbrauch, Schaden, beständige Misshelligkeit und Unrichtig-  
keit vermieden werden kan. Dessen ohngeachtet wiedersprechen  
die übrige, wiewohl die wenigste, derer Interessenten, dieser vor-  
habenden Aufhebung der Coppel-Jagd, und Vertheilung derer  
Coppel-Fluhren, wollen lieber, wie vorhin, in communione  
istâ, tanquam discordiarum matre, bleiben, und führen, zu ih-  
rem Schuß, præscriptionem immemorialem, daneben auch ei-  
nige Documenta über die Coppeljagden, als pertinenz-Stücke,  
an; dahero gefraget wird: Ob die quæstionirte Coppeljagten,  
durch die mehreste Stimmen derer Interessenten, aufgehoben  
werden? hiernächst die gnädigste Herrschaft, bei Verthei-  
lung der Coppel, Kraft Landes-Herrlicher und Forstenlicher  
Macht, auch einen Anteil fordern, folglich Dero gnädigsten  
Consens, ohne sonderbares Bedenken, in diese vorhabende  
Aufhebung der Coppel-Jagd, und practicable separation und  
distribution derer Coppel-Fluhren, ertheilen, dergleichen Con-  
sens auch von denen Lehn-, Folgern mit Grunde gefordert und  
urgitet werden könne? & Resp. ad omnia & singula hæc mem-  
bra: affirmando, per hactenus dicta, deducta, atque præsup-  
posita.

§. II.

§. II. Et quamvis alias vota plurima, seu majora, non concludant, quando negotium commune est pluribus, ut singulis, & non; ut universis seu Collegis; hoc enim casu omnia ac singula vota requirantur; l. u. ff. de S. R. P. cum: quod omnes tangit, etiam ab omnibus comprobari debeat; c. 29. de R. J. in b. & l. fin. in fin. C. de auctorit. praest. Brunnem. ad d. c. 29. n. 3. & seqq. Wissenbach. ad L. 160. de R. J. num. 3. & 6. & Sande ad d. l. 160. Quia tamen convenatio est quadam societatis & communionis species, ab hac vero, etiam unius voluntate, recedi potest. §. 4. Inst. de societ. & l. 65. §. 3. ff. Eod. cum nemo invitus, in societate sit detinendus. l. fin. Cod. Comm. divid. propter lites & discordias, quarum mater est communio, L. cum Pater. 77. §. 20. ff. de leg. 2. & ideo pactum: ne societati renunciare licet, vel: ut perpetuo duret societas, non valet, L. 14. & 70. ff. Eod. ibique Brunnemann. ad d. L. 70. cum semper, in se, tacitam conditionem habeat: nisi justa adscendi causa; hinc, ad revocandam & disolvendam communionem, societatem aliquam, speciatim ad conventionis renunciationem, plurima vota sufficiunt, & non requiruntur singula; praeferit, si, per ejusmodi votorum pluralitatem, bonum publicum promoveatur, utpote quod semper privato praeferendum est.

## THESES XII.

CONCLUSIO VI: E contrario: illa convenatio, que a pluribus, contra tertium (qui neque venandi, neque convenandi jure gaudet, sed eam, solo nemore apud ipsum remanente, iisdem v. g. venditam, instar servituis debet) exercetur, hujus tertii unilateral renunciatione tolli nequit; prout nec illa, que in predictis sommixinis, ac inseparabilibus, tanquam servitus, constituta est, ita, ut eadem separatum exerceri nequeat, ad hunc finem revocabilis est: ut ea separatum exerceatur; bene tamen ad hunc scopum: ut revocanti, per pretium, aut aliud quid equivalent, pro suo communionis jure & parte, satisfiat, per rationes & jura, ad §. 5. & 6. praeced. Thef. V. propofita.


pVrpVra CaVsIDICVM slstens, te præparat, OTTO!  
te parat, OTTO, Creans pVrpVra lVrlDICVM.

Ita gratulabundus appludebat:

PRÆSÆS.

¶ ) ( o ) ( ¶





Erfurt, Diss., 1723

X 2386946

ULB Halle  
007 436 556

3



Erfurt, Diss., 1723  
X 2386946

ULB Halle  
007 436 556

3







**Farbkarte #13**

B.I.G.

1723, 28<sup>6</sup> 3  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
**DE CONVENTIONIS**  
**REVOCATIONE;**  
**Von Auskündigung der Coppel-Jagd;**

QVAM,  
IN PERANTIQA ERFFURTENSI ACADEMIA,  
ECTORE UNIVERSITATIS, AC PRO-CANCELLARIO,  
MAGNIFICO, SUMME-REVERENDO, PRÆNOBILISSIMO  
ATQUE CONSULTISSIMO DOMINO,  
DOMINO:

**CHRISTOPHORO IGNAT.  
DE GUDENUS, J.U.D.**

*EX DECRETO ET AUTORITATE ILLUSTRIS  
FACULTATIS JURIDICÆ,*

PRÆSIDENT  
OANNE PHILIPPO Sreiber /

*Petrol. & J. A. D.*  
Sacri Palatii Casarei Comite, Institutionum Imperialium Professore Publico Ordinario,  
Civitatisque Consule;

Sacri Palatii Casarei Comite, Institutionum Imperialium Professore Publico Ordinario,  
Civitatisque Consule;

# PRO LICENTIA:

## PRO LICEN

# PRO LICENTIA:

SUMMOS, IN UTROQUE JURE, HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA, LEGITIME CAPESSENDI,  
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, H. C.  
DIE IX. JULII, M DCC XXIII.

DIE IX. JULII, M.DCC.XV.  
PUBLICÆ DISCUSSIONI SUBJECT:  
CLAVES CURIATORIORUM OTTO

DIE IX. JULII, M.DCC.XV.  
PUBLICÆ DISCUSSIONI SUBJECT:  
CLAVES CURIATORIORUM OTTO

# JOANNES CHRISTOPHOR. OTTO,

*Norabujanus,*  
N. P. C. & Advoc. Saxon. Eleitoralis immatriculatus, nec non Pra&. Altenburg.

EREORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Accu. Typis.